

1929.

1313 d. 7 Juli.

Skara.

Biskop BRYNOLF i Skara stadfästar Fru Ingrid Andersdotters testamente på gården Moa till Riseberga kloster, med förbehåll, att hon icke bortgifvit mera än hvad hon lagligen kunnat disponera. (Jfr. N. 1602 och 1689).

Örnhjelm's afskr. Kyrko-o. Klosterbref. XI: 993*).

Omnibus presens scriptum cernentibus BRYNIULPHUS Dei gracia Scarensis Episcopus. Salutem in Domino sempiternam. Notum facimus per presentes, nos vidisse testamentum Domine Ingridis filie quondam Andree de Mulæthorp, continens, quod ipsa Domina Ingridis dedit sanctimonialibus in Risebergh curiam suam in Moom nomine testamenti, sicut eciam in Synodo nostra per testes fidedignos probatum fuit coram nobis. Nos igitur donationem predictam firmam esse decernimus et irrevocabilem, ac nostra sententia plenius confirmamus. Si tamen donacio hujusmodi partem capitalem non excedit, tunc enim totum illud quod excedit ad heredes dicte Domine Ingridis, sicut de jure fuerit, devolvatur. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scaris Anno Domini M. CCC. XIII. In Crastino octave Apostolorum Petri et Pauli.

Ett sigill finnes betecknad.

1930.

1313 d. 14 Juli.

Kaniken i Wexiö Bo STARKE och GIURD RAGNILSSON intyga, att Arnbjörn Staffansson, såsom fullmäktig för Magnus Långes enka Estrid, försålt hennes äodelar i Jernvixtorp till Abboten Johannes i Nydala kloster för 70 mark penningar, hvilka han genast till henne öfversändt. (Jfr. N. 1611).

Brocmans afskr. i fol. Miscell. 5: 39**).

Vniuersis presentes litteras inspecturis BO dictus STARKE Canonicus wexionensis et GYURDO RAGNILSON Salutem in omnium saluatore. Protestamur presentibus, Nos vna cum aliis pluribus fide dignis interfuisse, quando nobilis vir Arnbernus staffans son apertas habens litteras nobilis matrone Eztridis relicte magni quondam dicti laanga, quod eius possessiones omnes in jarnwixthorp, quas prius eius propinquus venales legaliter exhibuerat, libere posset vendere et pro eis precium leuare tamquam verus et legitimus procurator eas domino Johanni abbati Noueuallis uendidit et assignauit, modo, qui in legibus østgothorum dicitur skaftfærdh et omni ple-

*) Enligt Örnhjelm's anteckning, "collat. med orig. permebr."

***) Afskrifven efter ett nu mera förkommet original i Kongl. pergamentsbrefs-samlingen.